

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Primae Lineae Didactices Scholasticae In Vsum Praelectionvm Dvctae

Dommerich, Johann Christoph

VVolfenbvttelae, 1762

VD18 12875910

Altera Docet Officia Parentum Aut Necessariorum

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-190566



A L T E R A

DOCET

OFFICIA PARENTVM  
AVT NECESSARIORVM

§. CCCVIII.

**Q**uae adhuc de bona institutione, qua in scholis praeceptores uti debent, a nobis dicta sunt, omni frustrabuntur utilitate, nisi domi vel a parentibus vel ab iis, parentum loco qui sunt, quaedam officia peragantur, quorum hic mentionem faciemus. In manibus parentum enim cum versentur pusiones, antequam ad scholam accedunt, et quo semel est imbuta recens, diu seruet odorem testa, quod in infantes egregie quadrat: nemo, credo, infitiabitur, parentum magnas in educatione et institutione puerorum esse partes, ab illisque potissimum felicem eius euentum proficisci, quo magis vel minus officiis suis recte functi fuerint. Contrahamus autem haec officia, paucisque sequentia obseruemus.

§. CCCVIII.



## §. CCCVIII.

Primum in eo ponimus: *prima domestica educatio ita sit comparata, ut scholarum usus eo reddatur utilior et felicior.* Obtinebitur hic finis, si mature illos obedire docuerint. Obedientia enim omnium virtutum quasi radix et fons dicenda est. Quae igitur fieri voluerint, exsequi a teneris iubeant, quae noluerint fieri, vetent, infantesque obediant. Sic sensim sine sensu obedientiae flexiles animi aduescunt. In scholis sine obedientia nihil praestari posse, hic monere superfedeo. A teneris item suos ad pietatem, dei cognitionem, boni malique sensum perducant, precumque utilitatem et modum illis ostendant, primaque religionis capita historica quadam narratione animis illorum instillent. Ut fiant *Φιλάνθρωποι* eandem dabunt operam, singulisque ea praestent, quae sibi ab aliis fieri voluerint.

## §. CCCX.

Deinde a parentibus requiritur, *ut liberos suos iusto tempore in scholas mittant, illosque non nisi summa necessitate coacti domi retineant.* Quinto aetatis anno peracto scholas frequentare incipiant pueri, quibus scholarum

rum



rum et utilitas et iucunditas domi commendanda, amorque erga praeceptores in illis accendendus. Qui saepius scholas negligunt, aut aliis domesticis laboribus impediuntur, quo minus scholam frequentent, vix aliquid in illis proficiunt.

§. CCCXI.

Praesertim vero parentes id sibi negotii datum esse putent, ut *scholae doctores praesentibus discipulis laudent, honorent, ac vel debitis vel aliis praemiis adficient*. Caueant ergo sibi a fordida ista avaritia, qua inuiti praeceptoribus, quae istis debentur, soluunt, aut alio quodam modo de illis detrahunt. Quin in ipsis liberorum de praeceptoribus querelis non statim suis aures commodent, sed praeceptorum facta vel approbent, vel suorum querimonias in dubium vocent, vel accuratius et prudenter in ipsam rem inquirent.

§. CCCXII.

Parentum quoque est, *scholae praeceptoribus in formanda suorum vita et doctrina opem ferre*. Ne igitur sui domi otio tempus perdant, sed, quae in schola didicerunt, repetant, atque bene meditentur, curabunt. De  
V illorum



illorum moribus domi quoque sint solliciti,  
neque nimia indulgentia aut lenitate illos  
corrumpant. Potissimum vero neque verbis  
neque factis suis umquam illis sint offendi-  
culo. In suppeditandis libris scholasticis ne  
sint difficiles, utque omnia melius procedant,  
diligenter cum praeceptoribus col-  
loquantur.

